

334 DE BELLO GALLICO

16 riori facto. Nam Marcellus proximo anno cum impu-
gnaret Caesaris dignitatem, contra legem Pompeij, &
Craſſi, retulerat ante tempus ad ſenatu de Caſaris pro-
uincijs: ſententijsq; dictis diſceſſione faciente Marcel-
lo, qui ſibi omnem dignitatem ex Caſaris inuidia qua-
rebat. Senatus frequens in alia omnia tranſijt: quibus
non frangebatur animi inimicorū Caſaris, ſed admo-
nebantur, quò maiores pararet neceſſitudines, quibus
cogi poſſet ſenatus id probare quod ipſi coſtituiſſent.

Fit deinde S. C. ut ad bellum Parthicum legio una à
Cn. Pompeio, altera à C. Caſare mitterentur: neq; ob-
17 ſcure hæ duæ legiones uni Caſari detrahuntur. Nam
Cn. Pompeius legionem primam quam ad Caſarē mi-
ſerat, conſectam ex delectu prouinciæ, Caſari eam tan-
quam ex ſuo numero dedit. Caſar tamen, cum de uol-
luntate aduerſariorū ſe expoliari nemini dubium eſſet,

*& ſuo no-
mine XV* Cn. Pompeio legionem remiſit, & ex ſuo numero
xv. quam in Gallia citeriore habuerat, ex S. C. iubet
tradi: in eius locum xiiii. legionē in Italiam mittit,
quo præſidia tueretur, ex quibus præſidijs xv. dedu-

18 cebatur. Ipſe exercitū diſtribuit per hyberna. C. Trebo-
nium cum legionibus iii. in Belgio collocat. C. Far-
bium cum totidem in Heduos deducit. Sic enim exiſti-
mabat tutiſſimam fore Galliam, ſi Belgæ, quorū maxi-
19 ma uirtus, & Hedui, quorum autoritas ſumma eſſet,
exercitibus continerentur. Ipſe in Italiã proſectus eſt.

*à Paulo &
Marc. coſſ.* Quò quū ueniſſet, cognoscit & per M. Marcellū conſ-
legiones